

Skärtorsdag i Slottskyrkan

den 28:e mars 2002

INTROITUS

(Gal. 6:14)

Nos autem gloriari oportet,
in cruce Domini nostri
Jesu Christi:
in quo est salus, vita,
et resurrectio nostra:
per quem salvati,
et liberati sumus.

Vi bör berömma oss
över vår Herres kors,
Jesu Kristi,
i vilken är frälsning, liv,
och vår uppståndelse,
och genom vilken vi blivit
frälsta och befriade.

PSALM

(Ps. 67:2-4)

Deus misereatur nostri,
et benedicat nobis:
illuminet vultum suum super nos,
et misereatur nostri.

Gud har förbarmande över oss,
och välsignar oss.
Han låter sitt ansikte lysa över oss,
och förbarmar sig över oss,

Ut cognoscamus in terra viam tuam:
in omnibus gentibus salutare tuum.

för att vi på jorden skall känna din väg,
och lova dig bland alla folk.

Confiteantur tibi populi, Deus:
confiteantur tibi populi omnes.

Folken bekänner dig, Herre,
alla folken bekänner dig.

Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto
sicut erat in principio et nunc et
semper et in sæcula sæculorum Amen

Ära åt Fader och Son och Helig Ande,
som det var i begynnelsen och nu och
alltid och i evigheters evighet. Amen.

GRADUALE

(Ps. 145:15, 16)

Oculi omnium
in te sperant, Domine:
et tu das illis escam
in tempore opportuno.

Allas ögon
väntar på dig, Herre,
och du ger dem föda
i rättan tid.

Aperis tu manum tuam:
et implebis omne animal
benedictione.

Du öppnar din hand
och låter allt levande överflöda
av välsignelse.

Maneant in vobis
fides, spes, caritas,
tria hæc.
Maior autem horum
est caritas.

Nunc autem manent
fides, spes, caritas,
tria hæc.
Maior autem horum
est caritas.

I er skall förbli
tro, hopp, kärlek,
dessa tre.
Och störst av dem
är kärleken.

Men nu består
tro, hopp, kärlek,
dessa tre.
Och störst av dem
är kärleken.

UBI CARITAS est vera,
Deus ibi est.
Congregavit nos in unum
Christi amor.
Exsultemus et in ipso
iucundemur.
Timeamus et amemus
Deum vivum.
Et ex corde diligamus
nos sincero.

Ubi caritas est vera,
Deus ibi est.
Simul ergo cum in unum
congregamur.
Ne nos mente dividamur,
caveamus.
Cessent iurgia maligna,
cessent lites.
Et in medio nostri sit
Christus Deus.

Ubi caritas est vera,
Deus ibi est.
Simul quoque cum beatis
videamus
glorianter vultum tuum,
Christe Deus,
gaudium, quod est immensum,
atque probum
sæcula per infinita
sæculorum.

Där sann kärlek finns,
där är Gud.
Den har samlat oss till ett,
Kristi kärlek.
Låt oss jubla och åt den
glädjas.
Låt oss frukta och älska
den levande Guden,
Och av hjärtat älska
oss uppriktigt.

Där sann kärlek finns,
där är Gud.
När vi därför nu till ett
samlas,
skall vi inte delas i själen,
låt oss akta oss för det.
Må onda ord upphöra,
må strider upphöra,
och må i vår mitt vara
Kristus Guden.

Där sann kärlek finns,
där är Gud.
Med de saliga
låt oss få se
ditt ansikte ärat,
Kristus Gud,
den glädje som är omätlig,
och prövad,
i evigheter av oändliga
evigheter.

KOMMUNION

(1 Kor. 11:24, 25)

Hoc corpus,
quod pro vobis tradetur:
hic calix novi testamenti est
in meo sanguine, dicit Dominus:
hoc facite, quotiescumque sumitis,
in meam commemorationem.

Detta är den kropp,
som utlämnas för er skull.
Detta är det nya förbundets kalk
i mitt blod, säger Herren.
Gör detta, så ofta ni än gör det,
till min åminnelse.

PSALM

(Ps. 116:10-19)

Credidi, propter quod locutus sum:
ego autem humiliatus sum nimis.

Jag har trott, och därför har jag talat.
Jag var dock mycket ringa.

Ego dixi in excessu meo:
Omnis homo mendax.

Jag sade i min förtvivlan:
Alla människor är lögnare.

Quid retribuam Domino,
pro omnibus quæ retribuit mihi?

Hur skall jag återgälda Herren
för allt han återgäldat mig?

Calicem salutaris accipiam:
et nomen Domini invocabo.

Jag skall ta emot frälsningens kalk,
och åkalla Herrens namn.

Vota mea Domino reddam
coram omni populo eius.

Mina offer skall jag ge Herren
mitt bland hans folk.

Pretiosa in conspectu Domini
mors sanctorum eius.

Värdefulla inför Herrens anblick
är hans heligas död.

O Domine quia ego servus tuus:
ego servus tuus,
et filius ancillæ tuæ.

Ty jag är din tjänare, O Herre,
jag är din tjänare,
och din tjänarinnas barn.

Dirupisti vincula mea:
tibi sacrificabo hostiam laudis,
et nomen Domini invocabo.

Du har brutit sönder mina bojar,
till dig skall jag offra lovets offer,
och Herrens namn skall jag åkalla.

Vota mea Domino reddam
in conspectu omnis populi eius.

Mina offer skall jag ge Herren
mitt bland hans folk,

in atriis domus Domini,
in medio tui, Jerusalem.

i Herrens hus' salar,
mitt i dig, Jerusalem.

PANGE LINGUA gloriosi
corporis mysterium,
sanguinisque pretiosi,
quem in mundi pretium
fructus ventris generosi
Rex effudit gentium.

Nobis datus, nobis natus
ex intacta Virgine,
et in mundo conversatus,
sparso verbi semine,
sui moras incolatus
miro clausit ordine.

In supremæ nocte cenæ
recumbens cum fratribus,
observata lege plene
cibis in legalibus,
cibum turbæ duodenæ
se dat suis manibus.

Verbum caro, panem verum
verbo carnem efficit:
fitque sanguis Christi merum,
et si sensus deficit,
ad firmandum cor sincerum
sola fides sufficit.

Tantum ergo sacramentum
veneremur cernui,
et antiquum documentum
novo cedat ritui;
præstet fides supplementum
sensuum defectui.

Genitori Genitoque
laus et jubilatio,
salus, honor, virtus quoque
sit et benedictio;
procedenti ab utroque
compar sit laudatio. Amen.

Besjung, min tunga, den ärofulla
kroppens mysterium
och det dyrbara blodets,
som, till världens lösen,
den ädla livsfruktens
Kung sänt världen.

Given åt oss, född åt oss,
av orörd Jungfru,
och rörde sig i världen,
med att sprida ordets säd,
sin korta vistelse
slutade han på märkligt sätt.

På den sista nattens måltid,
liggande till bords med bröderna
efter att helt fullgjort lagens bud
om den rituella måltiden,
som föda åt de tolv skara
ger han sig med sina händer.

Ordet genom köttet gör det sanna
brödet till kött genom ordet, och
det oblandade vinet blir Kristi blod,
och om det inte fattas av sinnet,
räcker tron allena
för ett fast och allvarligt hjärta.

Låt oss alltså nederfallande vörda
ett så stort sakrament,
och det gamla förbundet
ge vika för en ny rit.
Låt tron bistå med ersättning
för utmattade sinnen.

Åt Fadern och den Födde
lov och jubel,
hälsa, ära, även kraft
må vara, och välsignelse.
Åt den framskridande ur bägge,
må vara likvärdigt lovprisande. Amen.